1561

Ex Ms. Bielinsciane

1121

# Philippi Hisp. Regis Literae ad Vregem Neapolitanum

Illris dux consanguineae noster, vicerex locum tenens, et capitaneae gualis. Ex parte Srmi regis Poloniae nobis significatum est, quod cum Franciscus Papacoda, et ejus filius Joannes Laurentius Papacoda. Ferrantes opoli, qui fuit magister stabuli Srmae reginae, suae matris, marina, arcamona, et Franciscus Jacobus Calcus, tenuerint et administrarint, per multos dies, antequam inventarium bonorum dictae Srmae reginae confectum plane fuerit, et praeterea ea viventa res et facultates in potestate sua habuerint, a quibus suo tempore et loco praetendit petere rationem illarum. Contenti essemus providere, ut isti omnes dent vadimonia, quae jure dare debeant, se judicio affuturos, et quod judicatum fuerit soluturos. Et ultra id dictus Calcus, statim cogatur reddere regestra, quae in potestate sua sunt eorum quae administravit. Et ut cum majori fundamento, possitis providere id quod aequo consentaneum est. Quamobrem vobis committimus, et mandamus provideas, ut auditis partibus administretur, in dicta sua praetensione, brevis et integra prafectio justitiae, sic ut nulla pars gravetur. Nam haec est nostra voluntas. Et sic convenit bonae ejus executioni. Praesentes maneant apud eum qui has reddet. ~~

Skarzy się Król Polski, że Iwan. Pappacoda, i Syn jego Jan Wawrz. Pappacoda, i Iwan. Jak Calcus za życia Matki i owszem i po jej śmierci, wielkie szkody poczynili, przywłaszczając sobie rzeczy ich skarby powierzone; więc niech ci jako będą się stawić przed Sądem a Calcus niech złoży Rachunki.

Neapolitanae Summe.